Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35138
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Curator

mine legis nature. Sed q̃ tali die determinata talis honor impenderetur magis q̃ alia die erat ceremoniale. scz inq̃ntum requies illius diei erat figura illius sabbati magni in quo xp̃us requieuit in sepulcro. ⁊ ideo q̃ntum ad istud cessauit istud preceptum. ita q̃ dies sabbati fuit mutata in diem dominicam: et rõnabiliter. In hac enim die mundus sumpsit exordium. resurrexit xp̃us. mors interitum: ⁊ vita accepit principium. Et ista est intentio beati Pauli in epla ad Colos. ij. Nemo vos iudicet in cibo vel in potu aut in parte diei festi aut neomenie aut sabbatorum que sunt vmbra futurorum. Et de hoc multum disputat aplus ibidẽ. Et habent sup hoc multa ca. de conse. dist. iij. In diebus festiuis debent homines vacare hymnis et psalmis et canticis spiualibus et bonis operibus magis q̃ aliis diebus. Et idõ debent abstinere ab omni opere seruili. non solum a peccato. quod proprie seruile dicit. qz facit hominem seruum diaboli. sed etiã ab operibus mechanicis. ⁊ a negociis secularibus et mercatũ nõ fiat nec placitum. nec aliqs ad mortẽ siue penam iudicet. nec sacro iurek. nisi p pace fiẽda. ō ple di. iij. Rogatões. De his mechanicis et secularibus exp̃sit deus dicẽs Exo. xx. Sex diebus opaberis ⁊ facies omnia opa tua. septimo autem die sabbatum domini dei tui est: Non facies omne opus in eo tu et filius tuus et filia tua. seruus tuus ⁊ ancilla tua. iumentum tuũ et aduene qui est intra portas tuas. Nota tamen q̃ propter periculum hostium vel propter imminentẽ tempestatẽ possunt fructus colligi diebus dominicis et festiuis. ita tamen q̃ illi (quorum huiusmodi res sunt) studeant pro posse suo largiores elemosinas erogare Scholares etiam in huiusmodi diebus possunt scribere in quaternulis suis lectiones suas quas p integram hebdomadam preteritã audierunt.

Quartum preceptum.

Quartum preceptum et primum de illis que pertinet ad proximum est. Honora patrem tuum ⁊ matrem tuam. ita q̃ in isto quarto precepto directe precipitur q̃ parentes a suis prolibus honorentur. Et est intelligendum non solum de honore reuerẽtie. sicut q̃ osculẽtur eius manus vel genua flectentur coram parentibus eorum. et similia. immo intelligendum est de honore subsidij et prouidentie. scz q̃ prouideatur eis in necessariis ꝓ ꝓ facultatem vniuscuiusq̃z et potentiam. Nomine etiam p̃ris et matris vtriq̃z itelligi p̃ñt

98